Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

rus eiꝰ accepit. Sic enim scriptum e. Iurauit dnꝰ dauid ueritatem. & non
pentebit eum. ex fructu uentris tui ponam super sedem meam. Et alibi.
Semel iurauit in sancto meo si dauid mentiar. semen eius manebit in eternum. & sedes eius sicut sol in conspectu meo. Et erit cum eum complenti fuerint
dies. & dormieris cum patribus tuis. suscitabo semen tuum post te qd egredietur de uentre tuo. & parabo regnum eius. Ipse edificabit domum
& erigam sedem eius in sempiternum. ego ero ei in patrem. & ipse erit mihi in filium.
Et misericordiam meam non dispergam abeo. sicut dispersi ab his qui ante te fuerunt.
Esaiam quoq; idem dnꝰ ds generationem dni reuelauit dicens. Exi
& flos de radice iesse. & flos ex radice ascendet. & requiescet super
eum spꝰ dei. spꝰ sapientie & intellectus. & industria. Et erit radix iesse.
& qui exurgit imperare gentibus; in ipso gentes sperabunt. Et a
libi. Puer natus est nobis. filius datus est nobis. cui principatus super
humeros eius. & uocabitur nomen eius magni consilii angelus. Adducam enim pacem super principes & salutem. & magna potestas eius & pacis
eius non est finis in sede dauid & in regno eius. In quo aquila quoq;
interpretationem non quasi de homine. sed de deo que ultra hominem
esse uidem extulisse permissum. Idem enim interpretatus est. Puerna
tus est nobis. filius datus est nobis. & facta est mensura eius in humero eius. Et uocabitur nomen eius admirabilis. consiliarius dꝰ fortis.
pater futuri seculi. princeps pacis. multiplicabitur eius imperium
. & pacis eius non est finis. Super sedem dauid & super regnum
eius. omnia euenire de expo euidentibus signatis oculis. Nec posse
diuine fructu potentie ad salomonis gratiam diriuari q dauid
filius fuit. cui finis haut dubie cognoscitur. finis enim fuit regni
salomonis & pacis ut regnorum lectionibus demonstratur. unus est xpe
cuius regnum non habet finem. Deinde nullis salomon gentibus
imperauit. xpe u ecclam degentibus congregauit. Et primo
uiuente dauid. & natus est salomon & regnum eius consecuts.